

mittatur ei. Qui autem blasphemauerit spiritum sanctum. nec hic.
 nec in futurum remittatur ei. Quomodo igitur licet cre-
 aturas audere quisquam spiritum computare. **N**ut quis se
 sic obligat. ut si creature derogauerit. non putet sibi
 aliqua venia relaxandum. Nam si iudei qui adoraue-
 runt militiam caeli diuino praesidio distituti sunt. Qui autem
 adorat & confitetur spiritum sanctum. acceptus est deo. Qui non
 confitetur. sacrilegi reus sine venia damnatur. Vtque
 hinc aestimari potest. non licet omnia. sed super omnia
 esse spiritum sanctum. cuius iniuria. aeternis suppliciis expiatur.
Cur autem dixerit dominus. qui blasphemauerit in filium hominis
 remittatur ei. qui autem blasphemauerit in spiritum sanctum. nec hic
 nec in futurum remittatur ei. Diligenter aduerte. Num
 quid alia est offensa filii. alia spiritus sancti. sicut enim vna digni-
 tas. sic vna iniuria. Sed si qui corporis specie deceptus
 humani. remissius aliquid sentit de christi carne quam di-
 gnum est. neque enim vilis nobis debet videri. que aula
 virtutis. fructus est virginis. habet culpam. non est tamen
 exclusus a venia. quam fide possit adsciscere. **S**iqui ve-
 ro sancti spiritus dignitatem. maiestatem & potestatem abnegat semper
 ternam. & putat non in spiritu domini eici daemona. sed in beelze-